

# PRACTICA CRIMINALIS

SIVE

## SENTENTIARVM RECEPTARVM.

LIBER V. S. FIN.



**M**ACTENVS de varijs, ac diuersis criminibus dictum est: sequitur nunc ut de ipsa criminum cognitione, ac iudicijs, quae in criminalibus negotijs agitari solent, breuiter videamus. Quamuis enim de toto iudiciorum ordine, proximo libro tractare proposuerimus, cum tamen haec ipsa criminalia iudicia plerisque casibus aliter, quam ciuilia tractentur, existimamus opportunum fore, ut statim post cognitae delictorum species, ac qualitates, consequenter quibus modis contra delinquentes ipsos procedendum esset, subnecteremus. Est autem haec rerum criminalium materia longe omnium, quae in foro versantur, pulcherrima. Nulla enim adeo frequens, nulla huic utilitate, aut grauitate comparari potest, cum hic non de tritico, aut oleo legato, sed de hominum fortunis, existimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil est in orbe terrarum pretiosius.

### QVAESTIO I.

Quae causae dicantur criminales, & quae ciuiles.

SVMARIA  
Ex Claro.

- 1 Quae dicantur causae criminales, & quae ciuiles.
- 2 Et, quid si pena partim applicetur parti, & partim fisco.
- 3 Et quid si agatur ad penam extraordinariam.
- 4 Et quid si nulla praecedat accusatio.
- 5 Et quid si agatur per viam exceptionis.

Ex Additionibus.

- 1 Causae criminales, vel ciuiles, quae dicantur.

### ADDITIONES Ad Quaest. I.



**M**primis igitur.] Loco praeludij dicere debet, quod particulariter tractatis criminibus, de quibus supra peruenit Auditor ad vniuersam criminalem materiam per has centum Quaestiones, quas receptas sententias appellauit eo modo, quod tractari conuenire dixit Iuriconsultus in lege si feruus feruum, §. inquit lex ibi, sed non est nouum, ff. ad leg. Aquil. At quia talis modus durus, & insolitus videtur his, qui a studio litterarum humanarum recedentes, molem hanc primo ingrediuntur, ita ut aliquando ob diffidentiam, quae animos auertit, incepto desistant, ut habetur in §. His igitur Instituit, de iustit. & iur. Nam, ut dixit Felinus in cap. super litteris collat. 8. versic. exprimenda sunt, de rescript. Qui

#### §. FIN. QVAEST. I.

primis igitur pro intelligentia terminorum,

- 2 Et qui si contra statutum quis in forensem alienauit remissio.
- 3 Et an in causa turbata possessionis sit criminalis, vel ciuilis, aut mixta remissio.
- 4 Causae criminales quae dicantur in Reg. Neap.
- 5 Iudex criminalis quando possit cognoscere de causa ciuili, vel de contra remissio.
- 6 Actio ex delicto priuato quo iure oriatur ad fauorem partis, & fisci, remissio.
- 7 Et quando non oriatur parti, nec oriatur fisco.
- 8 Et si pars excluditur a pena si sit etiam repellitur.
- 9 Causa criminalis dicitur quando pena delicti applicatur fisco.
- 10 Et quid si pena conuentionalis applicetur fisco.
- 11 Et quid si pars panae applicetur accusatori.
- 12 Et quid de causa pacis ruptae, remissio.
- 13 Lis contestata cum defuncto quando transeat ad haeredes.

haec de nouo addiscunt, putant se nihil in Scholis fecisse, & nouum mundum inuenire: Scias adulescens Rethoricam, quam hucusque accepisti, oratoriamque esse quidem iuris ciuilibi partem, ut dixit Cicero in principio de inuentione; sicque declamando, & antiquis temporibus perorando tractatas fuisse criminales causas, ut patet in eodem Cicero contra Verrem in Catilinam, & alios; Attamen quia saepe in dicendo sub ambagibus pertransibant causae, puluerem verborum (in cuius locum successit nunc aurum) oculis Iudicum iniiciendo; fuit primus idem Cicero, qui taliter tractandi causas criminales modum inuenit, quem sequuti posterius, formam postremo adiecerunt; vnde Plutarcus in Cicerois vita in hoc proposito sic locutus est. Hunc Verrem, qui cum Siciliae Praetor esset plurima infanda per inuoluntatem omnem perpetrasset, non dicendo conuicit; nouum ipse commentus iudicij

genus:

genus; ob gratiam enim Verri, cum Iudices ambagibus suis diu dictionem causam protraxissent, quod manifestum foret ad eam dicendam non sufficere tempus; sic quae illum integrum abiturum: stans Cicero, non orationibus, inquit opus est; sed productis in medium testibus, probatisque iussit Iudices proferre sententias; Quod late prosequitur Alciat. in lege indicasse, quae est lex 187. ff. de verbor. signif. Et ne mireris iurisperitorum sententias cum Historijs per me inuolutas hic, ac in his passim additionibus, quod improbase visus est Clarus infra quaestio. ne 35. versiculo idem etiam, & ante eum Pirrhus ad consuetudinem Aurelianam, tit. de feud. capitulo 28. Quia immo ex Historijs legum origines, sentus, & causas elici demonstratur in lege 1. & 2. ff. de origine iuris, leg. in quaestio. ff. ad leg. Jul. de adul. & dicebat Franciscus de Aret. quod Doctores etiam parum curiosi Historiarum, ideoque eos increpat, ut refert Hieronymus Pauli Barchi. in sua Practica Cancellaria fol. 280. ac alibi saepe, ubi leges ipsas historijs annexas videre poteris, argumento eorum, quae in proposito dixit Felinus in cap. Rodolphus, versic. ceterum in fine, de rescript. collat. mibi 15.

Tractant autem hanc materiam Scriben. in l. Imperium, ff. de iurisdictione omnium iud. vide tamen melius quam alibi, & distingue in practica, ut est Gl. consuetud. Turon. in princip. Boer. in Addit. ad Dyn. in reg. Plus semper sub numer. 5. littera B. de reg. iur. in sexto, & ibi. an Iudex malefactorum possit cognoscere in ciuilibus. Drogh.

In primis igitur.] Fa. q. 100. n. 2. vol. 4. c. 1. Ros. In primis igitur pro intelligentia.] Adde videndum Menoch. de arbit. iud. casu 265. vbi habetur, quae dicatur causa criminalis, vide etiam Viu. com. opin. 172. n. 3. vol. 1. & Mascard. de probat. conclus. 463. vol. 1. & Bertaz. de consilio 399. & latissime per addentes, an causa sit criminalis, quando quis contra statutum in forensem alienauerit; & an causa turbata possessionis sit criminalis, vel ciuilis, aut mixta late per Ioseph. Ludou. conclusio 71. & causae criminales appellatione causae comprehenduntur,

Gloss. in clemen. 1. de offic. deleg. & Praeposit. in cap. nullus 6. quaest. 3. & quando causa est mixta, sequitur naturam ciuilibi, Ioan. Andr. in cap. tuar. de procur. colum. 2. versiculo mixta, & sic ad Iudicem ciuilem spectabit ita etiam Niger. fol. 207. numer. 13. in rubr. de causis crimin. vel ciuilibus, icit tamen Alexander in conf. 82. in causa vertente in fine, quod causa dicitur mixta, quando pena pecuniaria applicatur partim fisco, & partim parti, & sic spectat non solum ad priuatum utilitatem, sed etiam ad publicam, & ideo quod cognitio causae spectat ad Iudicem causarum criminalium, tanquam ad magis dignum, ita etiam tenet Niger, vbi supra num. 10.

Item adde, quod hodie in Regno Neap. ad tollendas huiusmodi dissipationes adest Prag. Regis Ferdinandi incipien. Illustri Viceregi, sub titulo de iurisdictione. nou. turban. que declarat, tunc dici causam criminalem, quando venit imponenda pena mortis naturalis, ciuilibi, vel abscessionis membri, & in alijs casibus, ciuilem dici. Et super d. Pragm. multa accumulauit Ioan. Ant. de Nigr. fol. 205. super cap. regn. Baiard. b. vtilitas autem.] Ad de j. videndum Menoch. de arbit. iud. q. 82. vbi late quando Iudex causae criminali cognoscere valeat super ciuili, & de contra, & in quaest. 9. n. 71. Baiard.

Ciuilibi, vel criminali.] Hic ad vnu aduertit, quod si causa criminalis sit praedicta ad ciuile, prius cognoscatur de causa crimin. & interim superseditur in ciuili. Et contra si causa ciuilibi est praedicta ad criminali prius tractanda est causa ciuilibi, & interea superseditur in criminali. Idem si vtraque causa sit ciuilibi, aut criminalis, quia de praedicta prius semper cognoscitur, & illa prius absolui debet, siue illa principaliter moueatur, siue per modum incidentis, aut emergens, quod si aliter fiat, sententia redditur nulla: vi. plenè per Crau. in consilio 280. col. 1. & maxime versic. ex quibus Giach. d. Nam Gloss. ] Farin. d. loco, num. 13. 14. 15. Ros. e Secundo vero. ] Farin. vbi supra, n. 11. & 12. Ros. f. Tertia fuit opinio. ] Farin. ibid. num. 18. 19. 20. Ros. g. Quarta igitur. ] Farin. ibid. nu. 6. cap. 1. & nu. 10. Ros. Cri-

**h Criminalis.]** Adde, quod si criminalis causa tota dicitur, ubi principaliter pena fito applicatur, quamvis consequentiam venit interese parus, in sicut e conuicio, ut per Boss. in tit. de appellat. num. 9. Item dicitur causa criminalis: si venit pena applicanda fito, si tamen descendit ex delicto, non si descendat ex contractu illicito, per Foller. ad Maran. in praxi iudici. §. si fit iudicium civile, vel criminale, fol. 39. ante num. r. 3. similiter causa dicitur criminalis, quando agitur de tutore suspecto multando per Bartolom. in lege non solum, §. fin. in 2. notat. de procur. in 1. §. sciendum, circa princ. ff. de suspect. tut. & curat. & sequitur Maran. in Specul. iur. praxi civil. cod. §. an sit iudicium civile, vel criminal. numer. 18. Bald. verò in leg. 1. C. si tut. vel cur. non gestic. arguit esse mixtum; quia ex eodem processu venit remotio, & punitio. licet si pars pars daretur accuatoii. Ut per Alexan. consilio 232. in 2. lib. columna. fin. libr. 1. quem tamen mordet Decius in cap. 1. col. 8. post nu. 14. de probat. sed non recedat ab Alexand. Quid de causa pacis ruptæ an sit civilis, vel criminalis. vi. Corn. consilio 41. libr. 1. consil. 42. in 2. & consilio 8. num. 3. *Crach.*  
**i Nullo pacto.]** Fa. in 4. vol. q. 100. m. 4. & 6. h. o. *k* **Secundum per quod offenditur.]** Farin. dicta q. 100. c. 1. n. 7. Ros.  
**l** **Ex secunda autem specie duplex.]** Adde, quod videndum Beron. in rubr. de accusat. nu. 19. ubi habet quod iure actio ista ad fauorem priuati, & ad fauorem fisci oriatur.  
**8** Item adde, quod quando actio non oriatur parti, non oriatur rei publicæ ad publicam vindictam, & tunc iudex non potest inquirere, lege non solum, §. quamquam, ff. de iur. quem tex. ad hoc allegat. Bar. consil. 100. numer. 2. & Capol. consil. 58. nu. 26. & ita concludit Marsil.

**bo, Centum aureorum, ff. de sepulchro viol. qua tenuit, quod quando pro crimine agitur ad penam applicandam parti, iudicium dicitur civile, quando vero agitur ad penam applicandam fito, tunc causa dicitur criminalis. Et hanc tenet omnes, ut dicit Barbat. in ead. l. 3. in principio quem refert Abb. in dicta rubrica de iudicij, numero 5. & Zas. consilio 9. numero 1. libro 1. & dicit Ioan. de Platea in lib. 2. in plurimis verbis, C. de ijs, qui ex publico. lib. 10. quod ista Glossa communiter tenetur per Doctores quem refert Gomes. In fit. de action. in princ. post numer. 18. relatus, & ipse per Cephal. consil. 141. numer. 21. libro 1. Idem dicit Curt. iun. in rubr. ff. de iud. numer. 18. quem refert Duennas regul. 15. in secunda ampliatio. Hanc etiam opin. dicunt esse communem Canonista in d. rubr. de iudic. & in specie Aret. numer. 9. & Dec. numer. 95. in 1. & 2. lectura, numer. 51. quem refert Afflict. in tertia parte constitut. Regni, rubr. 32. §. varietates, numer. 9. & Ripa, in dicta rubr. numer. 91. & sequenti, & Cephal. consil. 35. numer. 3. libro 1. Barb. in tractat. de testib. in 3. par. numer. 2. licet in libro meo videantur esse corrupta eius verba; Corset. in repetit. Abb. in verbo Iudicium, Ias. in rubrica C. de iud. numer. 2. quem refert Apostil. ad Felyn. in dicta rubrica de iud. vers. 7. & vlt. & Villalob. in sua collecta communium opinio. in littera C. numer. 25. Bertran. consilio 247. in primis verbis libr. 8. Decius in lege 2. post numer. 41. C. de edendo, Sapia in lege Imperium, numer. 17. ff. de iur. omn. iud. Maranta in suo Specul. fol. 21. numer. 2. & sequen. Apostil. ad Abbat. in loco pra. alleg. sub numero 5. in verbo, Fortiter. Socinus iur. consil. 99. numer. 26. libr. 2. Do. Ant. de Padilla in l. tran. figere, post num. 106. C. de transactionibus.  
**Ex quorum omnium dictis habes, quod tunc iudicium dicitur civile, quando agitur****

**ad commodum priuatum, siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu: illud autem dicitur criminale, in quo agitur ad commodum publicum, siue sit imponenda pena corporalis ad publicam vindictam, siue sit ex delicto imponenda pena pecuniaria, qua veniat applicanda fito. Et ab hac opinione, qua communis est, & vera, nullo pacto esset conculendo, aut iudicando recedendum.**  
 Ego tamen pro clariori intelligentia, in primis volo ut scias, quod in hoc proposito possunt considerari duo genera delictorum: Primum, per quod offenditur publica iustitia, sine iniuria, sine offensione alicuius tertij, prout est crimen heresis simonia, & huiusmodi: Secundum, per quod offenditur non solus publica iustitia, sed etiam sit offensus, seu damnum tertio, prout est homicidium, incendium, furtum, & similia. Ex prima specie delictorum, una tantum actio oritur, que est ad vindictam publicam iustitia, quia cum non agatur de offensione alicuius persona, nulla potest alicui competere actio ad interesse. Ex secunda autem specie duplex oritur actio, una que tendit ad publicam vindictam, alia que tendit ad resarciendum damnum, seu interesse partis offensa. Et ideo si aliquis committat violentiam in bonis alicuius, potest contra eum agi ad penam impostam a lege, vel statuto, pro vi publica, vel priuata. Et hac actio competit cuilibet de populo, cum sit ad publicam vindictam. Potest etiam ille, in cuius bonis commissa est violentia, agere ad emendam damni, & interesse. Et hac actio competit tantummodo parti offensa, cum tendat ad priuatum commodum.  
 Scias etiam duo esse genera penarum, que pro delictis imponuntur, ordinaria, & extraordinaria. Ordinaria dicitur, que a lege, vel statuto est imposta committenti illud delictum, quod in iudicio deducitur, puta, pro homicidio pena capitis, pro furto pena fustigationis, vel perforationis auricula. Extraordinaria est, quod quis propter crimen priuatur officio, beneficio, dignitate, administratione, tutela, vel similibus.  
 Item scias, quod in casibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio, ut supra dixi, potest offensus viamque proponere, scilicet illam, que tendit ad vindictam publicam, & illam, que tendit ad interesse priuatum. Et potest utraque intentare simul in eodem libello, licet non eque principaliter, ut dixi infra, questio. proxima, vers. & hęc quidē.  
 Potest etiam proponere alteram actionem tantum, vel petendo simpliciter, quod puniatur, nulla facta mentione priuati interesse, vel petendo simpliciter restitutionem rei, non agendo ad penas pro delicto a iure impossitas. Præterea etiam potest proponi crimen aduersus aliquem ad alium finem, scilicet neque ut puniatur penis iuris, neque ut damnum resarciat, sed ad penam extraordinariam, puta, ut priuatur beneficio, vel tutela, ut supra dixi.  
 Postremo potest etiam ad alium effectum proponi, puta, ad

tract. crimin. §. constanter, numer. 34. & ibi ponit exempla, quando non oriatur actio parti, & hoc procedit secundum eum ibi. numer. 37. in delictis commissis contra priuatos. Et in hac materia vide Maran. in practica in 4. parte fol. 77. ubi plenissime, & si parti, & fito est quæsitum ius ad aliquam penam, si pars ex aliqua causa excludi potest fito, est tex. in lege finali circa finem, C. de his, qui a non domin. nau. fuer. & hoc dicit notabil. Grammat. in addit. ad Const. Regni. in Cōst. si quis in posterum, n. 6. lib. 1. Bai.

ta, ad

**m Secundus autem est casus.]** Adde, quod hoc dictum, quod ubi pena venit applicanda fito, dicitur esse causa criminalis, & procedit, ubi talis pena imponitur pro aliquo delicto, ut est de mente Bald. in lege fin. C. de litig. & clarius voluit Alexan. in lege 3. de sepul. viol. in addit. & Foller. in pract. crimin. in ver. audiantur excusatores, nu. 176.  
 Item adde, quod si pena ex conuentione, præter penam delicti, applicetur fito, dicitur causa civilis, & non criminalis, quando ad ipsam penam conuentionalem ageretur, secundum Petr. Caleph. in consil. 86. num. 2. vol. 2. inter consil. crim. diuers. paræ impræss.  
**12** Item adde, quod causa dicitur criminalis quando pars pena applicatur accusatori. Alex. in consil. 132. col. fi. volum. 1. & quod de causa pacis ruptæ an sit civilis, vel criminalis, vide Corn. consil. 41. volum. 1. & consil. 42. volum. 2. Cornel. consil. 42. colum. penult. ad fin. volum. 1. Gratian. consil. 139. nu. 9. volum. 1. & Bertaz. consil. 280. num. 6. volum. 2. ubi loquitur pena conuentionali pacis fractæ. Baiard. *n* **Tertius est casus.]** Farin. d. loco c. 1. nu. 13. 14. & 15. Ros.  
**p** **Mere civili.]** Contrarium visus est tenere Dec. in l. hæredes, nu. 5. cum sequen. ff. de reg. iur. Vbi si lis fit est contestata cum defuncto trā sit in hæredem, quod procedit, inquit, in actionibus, que dantur ex delicto, secus in criminalibus: sed an cum agitur civiliter, possit torqueri reus? Responde, quod sic, ubi factum pro quo civiliter agitur, habet delictum annexum, ut per Alexandr. consilio 73. sub numero 8. versic. Non obstat, vol. 1. infra q. 20. vers. ad forman. el primo, q. 21. vers. fuga, vbi dixi. Drogh.  
**q** **Quintus casus.]** Ad-

**ta ad repellendum aliquem a testimonio, vel ad debilitandum eius testimonium, excipiendum aduersus eum qui in testem producit de aliquo crimine, ut dixi infra questio. 16. versic. Per exceptionem. Et sic colligendo omnia supraddicta, habes multos casus, in quibus diuersimodè crimina in iudicium deduci possunt.**  
 Primus est, quando agitur ad penam ordinariam corporalem, nullam facta mentione priuati interesse. Et hoc casu nulla est controuersia, quin tale iudicium dicatur criminale, & in hoc nemo dubitat.  
 Secundus autem est casus, quando agitur ad penam pecuniariam tantum fito applicandam: & in hoc varie fuerunt opinion. inter Doctores, ut superius dixi, sed magis communis opin. est contra Glos. in d. l. si qua per calumniam, quod scilicet etiā si agatur de pena pecuniaria tantum, nihilominus si illa est applicanda fito, causa dicatur criminalis.  
 Tertius est casus, quando simul cum pena corporali, siue pecuniaria fito applicanda, proponitur etiam interesse partis, puta, quia aliqua pars applicatur etiam ipsi parti offensa, vel quia pars ultra penam, agat etiam incidenter ad rei restitutionem, vel restitutionem damnorum, &c. Et tale iudicium a plerisque appellatur mixtum: scilicet criminale, quatenus concernit publicam vindictam, & civile, quatenus concernit interesse priuatum. Et Boss. in titulo de appellatione numero octauo attestatur, quod hæc est communis opinio. prout etiam sentire videtur Ias. in d. rubr. C. de iudic. & Gomes. Arias super lege 80. Tauri, numer. 10. in fin. Sed ego puto esse aduertendum, quia si ex natura condemnationis necessario simul cum pena publica vindicta, venit etiam interesse partis, puta, quia idem statutum pro furto imponit penam secutorum 10. versus fiscum, & quinque versus priuatum, vel quod fur fustigetur, & restituat rem furatam: certe iudicio meo absurdum esset dicere, quod hæc causa dicenda esset mixta, scilicet partim criminalis, & partim civilis. Et ideo proculdubio de ea tota iudicandum est secundum eius dignitatem rem partem, & sic tanquam de merè criminali. Sed si interesse partis venit tanquam quid separatum, & non de necessitate, connexum, puta, quia restitutio damnorum, vel restitutio rei ablata, veniat non ex eadem lege vel statuto, sed ex alia, tunc fortè possit habere locum opinio. de qua per Boss. in loco præallegato, ut scilicet tale iudicium censeatur debet partim criminale, & partim civile. Ego tamen semper vidi per Senatium reijci appellationes a condemnationibus damnorum, vel expensarum litis in causis criminalibus, siue veniant ex eadem lege, siue ex alia, sed solummodo admittatur appellatio, sine reuissio respectu excessus.  
 Quartus casus est quando solummodo agitur ad interesse partis, puta rei restitutionem, vel restitutionem damnorum, &c. Et tunc nulla est difficultas quin iudicium dicatur merè civile, licet agatur pro delicto, quicquid dixerit Gl. in d. l. lex Cornelia: contra quam est comm. opin. ut sup. dixi.  
 Quintus est casus, quando agitur ad penam extraordinariam, puta, priuationem officij, seu beneficij, & nihil applicatur fito, & hoc casu iudicium dicitur civile, non autem criminale. Et in hoc annis concurrunt, ut ait Gratus consilio 71. nu. 9. lib. 2. Et licet hæc conclusio aliquando mihi visa fuerit dura, ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad vindictam publicam, præsertim si officium, de cuius priuatione agitur, esset publicum, nihilominus iudicando non crederem ab ea esse recedendum, & intelligendo non tamen, ut statim dixi, quod talis pena priuationis non sit pena ordinaria, que pro eo delicto imponeretur.  
**4** Adde, quod hæc conclusio locum habet siue agatur ad huiusmodi priuationem officij, vel beneficij, præcedente accusatione, vel exceptione partis: siue nulla præcedat exceptio, vel accusatio, partis: sed agatur tantummodo via inquisitionis. Et ita communiter teneri attestatur Maranta in suo Spec. fol. 24. num. 27.  
 Sextus, & vltimus est casus, quando agitur per viam exceptionis, proponendo crimen contra testem, non ad effectum ut puniatur, sed ut eius dictum non recipiatur, vel receptum non noceat Et hoc casu omnes concludunt, quod ex quo agitur tantummodo ad priuatum commodum, & interesse partis, causa dicatur merè civilis: secus tamen esset, si tale crimen proponeretur ad puniendum, ut dixi infra q. 19. vers. Per exceptionem. Et hæc omnia bene nota, qua sepe contingunt in practica.

QVAE-